retrices & publicani praecedent uos in re
gno di. Uos enim missum ad uos filium
patris familiae & dnm uinearū qui
plantauit eam suscipere noluistis. Ista
meretrix exploratores meos duos for
tissimos iuuenes. quorum alterū in cir
cumcisione misi alterū ad gentes. hu
manitate suscepit. abscondit studio le
uauit intectū. operuit lini stipula.
quae caesa persecutionibus & lota in
baptismate. mutat colorem. & de te
tro in album uertitur. Nec mirum
si in figura dni saluatoris & ecclesiae
de peccatoribus congregatae. haec
facta memoremus. cum ipse in hoc eo
dem dicat propheta. loquar ad pro
phetas. Ego uisiones multiplicaui &
in manibus prophetarum assimilatus
sum. ut quicquid prophetae iubentur
operari. ad meam referatur similitu
dinē. cuius uxor aethiopissa est. Con
tra quam aaron & maria carnale sacer
dotium iudaeorū & prophetia litterę
seruiens musitant & offendunt dnm.
Quae dicit in cantico. fusca sum & for
mosa filia hierusalem. Alioquin. si
omnia quae praecipiuntur ob causas.
ut in similitudinē fiant. uere facta
contendimus. Ergo & hieremias ac
cinctus lumbari uestimento mulie
bri inter innumerabiles nationes &
assyrios. & chaldeos gentes inimicissimas
iudaeorū. iuit ad eufraten & ibi abscondit
lumbare suum. & post multa tempora
reuersus inuenit illud computruisse.
quod nullo ess& usui. quomodo exire
poterat & fr&am longe obsessam hieru
salem. extructis per circuitū munitio
nibus fossa uallo atq; castellis. qui cū
semel ad anathot uiculū suū in tertio
miliario ab urbe sitū uoluiss& exire.
in porta captus & reductus ad princi
pes. quasi proditor. uerberatus in car
cerem mittitur. Si illud in typo quia
fieri non potuit. ergo & hoc in typo.
quasi fiat turpissimū est. Sed respon
debis do iubente. nil turpe est. & nos di
cimus. nihil ds praecipit. nisi quod ho
nestū est. nec iubendo turpia facit ho
nesta quae turpia sunt. sed quia scimus
nihil dm uelle nisi quod honestū est.
hoc praecepit quod honestū est. Hec
in principio prolixius sū loquutus. ut
difficillimā primū soluerem quaesti
onem. & obpositū in ipso exitu scopulū
di auxilio praetergrediens. adtuta
decurrerem. Ceterū non ignoro pam
machi carissime a multis ecclesiasticis
praetermissa. & qui exponere sunt
conati. apud grecos repperi apollina
rem. laodicenū. qui cum in adulescen
tia sua breues. & in hunc. & in alios pro

3

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0010